originale ipsum Eisdem offerendum extraditum est. 309

Vrbanski Zaleskie Quietat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Generosus Joannes Vrbanski sanus mente et corpore Existens a Terris districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens praesentibus vero Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Jurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjuvendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse suo et Generosae Helizabethae Bratkowska Consortis suae legitimae pro Cuius ratihabitione Cavet et se praesentibus inscribit nomine Nobilem Casimirum Zaleski Eiusque posteros de Causa et Actione Judiciaria ratione Variarum rerum et iniuriarum per se Recognoscens Eidem praedicto Nobili Zaleski ad officium praesens Castrensis Capitaneatus Premisliensis instituta et intentata nec non de Protestatione Certa per se Recognoscens suo et praefatae Consortis suae nomine, contra Eundem Nobilem Zaleski coram Actis officii praesentibus facta ob sufficientem et plenariam sibi Recognoscens praestitam satisfactionem quietat emittit dimittit, liberumque ac absolutum facit et perpetuo pronuntiat, Causam eandem Judiciariam, et Protestationem in toto et totaliter cassat mortificat ac annihilat sibi suisque posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium 501

Błazowski Błazowskie Donat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Nobilis Joannes Błazowski 501

olim Nobilis